

## 0088-0097- SS Clemens I - Epistola ad Clericos

O93, f. 2va; N442, f. 14vb; V630, 14ra; I83, f. 24ra; VD38, f. 22ra; SG670, p. 14b; Bcan4, f. 32v

ITEM<sup>1</sup> INCIPIT<sup>2</sup> EPISTOLA GENERALIS<sup>3</sup> CLEMENTIS PAPAE OMNIBUS <VD38, f. 22rb> TAM MAIORIS<sup>4</sup> QUAM INFERIORIS ORDINIS CLERICIS AC<sup>5</sup> CUNCTIS FIDELIBUS SCRIPTA<sup>6</sup>.

Clemens<sup>7</sup> <sup>8</sup> urbis Romae episcopus omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconibus ac reliquis clericis, et cunctis principibus, maioribus minoribusve<sup>9</sup> omnibusque generaliter fidelibus benedictio claritas<sup>10</sup> et gloria in gratia dei, quae data est nobis <N442, f. 15ra> in Christo Iesu domino nostro.

Urguet<sup>11</sup> nos, fratres<sup>12</sup>, <I83, f. 24rb> multus amor vester et religiosa<sup>13</sup> invitat<sup>14</sup> devotio, quia debitores sumus, ut quaedam vobis scribamus.

<SG670, p. 15a> Vobis<sup>15</sup> ergo, qui sacerdotio domini fruimini<sup>16</sup> et in speculo estis positi, plus scire oportet, ut subditos vobis populos pleniter docere possitis eisque ad regna caelorum ducatum<sup>17</sup> praebere domino annuente valeatis. Unde et ipsa per se veritas ait: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis et reliqua. Propter<sup>18</sup> quod consilium<sup>19</sup> do unicuique vestrum constanter docere verba divina, et discitentibus libenter accommodare<sup>20</sup> aurem verbo dei. <VD38, f. 22va> Vestrum<sup>21</sup> enim, qui<sup>22</sup> legatione<sup>23</sup> Christi<sup>24</sup> fungimini, est docere populos, eorum vero est vobis oboedire ut deo. Si autem vobis episcopis non oboedierint omnes presbyteri, diaconi ac subdiaconi et<sup>25</sup> reliqui clerici cuncti<sup>26</sup> <sup>27</sup> omnesque principes tam maioris<sup>28</sup> ordinis quam et inferioris atque reliqui <SG670, p. 15b> populi, tribus et linguae non obtemperaverint, non solum infames, sed et<sup>29</sup> extorres<sup>30</sup> <sup>31</sup> a regno dei et consortio fidelium a<sup>32</sup> liminibus sanctae dei ecclesiae alieni erunt. Nam vestrum est eos instruere<sup>33</sup>, eorum vero<sup>34</sup> est vobis oboedire ut deo, cuius legatione<sup>35</sup> fungimini <I83, f. 24va> dicente domino: Qui vos audit, me audit, et<sup>36</sup> qui vos spernit, me spernit, et qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nihil<sup>37</sup> <sup>38</sup> enim iniustius<sup>39</sup> vel inhonestius<sup>40</sup> est quam filios patribus rebelles aut clericos vel laicos doctoribus seu discipulos magistris inoboedientes vel protervos<sup>41</sup> existere. Novimus enim primum hominem per inoboedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus<sup>42</sup>. Et quia dominus<sup>43</sup> superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, dominus <VD38, f. 22vb> noster mit<SG670, p. 16a>tens nos vice sua in<sup>44</sup> loco apostolorum ad praedicandum praecepit nobis docere <Bcan4, f. 33r> omnes omnesque nobis fideliter oboedientes ut ipsi<sup>45</sup> existere, quoniam nec aliter<sup>46</sup> <sup>47</sup> terra pariet<sup>48</sup> fructus suos, nisi culta receperit semen et irrigata<sup>49</sup> germinaverit et pariat, quae est paritura. Sic et omnis homo, qui libenter non receperit verbum dei, illudque in corde suo germinare non siverit<sup>50</sup> <sup>51</sup> ac minime crediderit doctoribusque<sup>52</sup> et episcopis suis<sup>53</sup> non benivulus, sed rebellis atque inoboediens exstiterit<sup>54</sup>, fructum non germinabit nec pariet, sed similis est<sup>55</sup> arbori<sup>56</sup> illi, de qua dominus ait: Omnis <I83, f. 24vb> arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem<sup>57</sup> mittetur.

Primus<sup>58</sup> enim pontifex Aaron chrismate compositionis<sup>59</sup> perunctus princeps populi fuit et tamquam rex primitias et tri<SG670, p. 16b>butum per capita accepit a populo, et iudicandi plebem<sup>60</sup> sorte suscepta de mundis immundisque iudicabat. Sed et<sup>61</sup> si alius ex ipso unguento perunctus est virtute inde concepta, etiam ipse <VD38, f. 23ra> rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis et<sup>62</sup> gratia ab hominibus composita tantum potuit, intellegite iam, quantum sit illud unguentum, <N442, f. 15rb> quod a deo de virgulto vitae prolatum est, cum hoc, quod ab hominibus factum est, tam eximias<sup>63</sup> <sup>64</sup> inter homines conferat<sup>65</sup> <sup>66</sup> dignitates. Quid enim in praesenti saeculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis<sup>67</sup> enim pontifex sacro<sup>68</sup> chrismate<sup>69</sup> perunctus et in civitate constitutus, scripturis sacris<sup>70</sup> eruditus, carus et pretiosus<sup>71</sup> hominibus oppido<sup>72</sup> esse debet. Quem quasi Christi locum <SG670, p. 17a> tenentem<sup>73</sup> honorare omnes debent eique servire et oboedientes ad salutem suam fideliter existere scientes, <I83, f. 25ra> quod sive honor sive iniuria, quae ei defertur<sup>74</sup>, in Christo<sup>75</sup> redundat et a Christo in deum. Audire ergo eum attentius<sup>76</sup> oportet et ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita<sup>77</sup> autem vitae a presbyteris <V630, f. 14va> inquirere, a diaconibus vero ordinem disciplinae. Propter quod deprecor <O93, f. 2rb> <VD38, f. 23rb> vos, conservos<sup>78</sup> et adiutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere et pro omnibus stare, maxime tamen pro his, qui in cultu divino laborant. Ecclesiarum<sup>79</sup> omnium<sup>80</sup> curam habetote, servorumque<sup>81</sup> earum<sup>82</sup> adiutorium praebete, viduarum<sup>83</sup> religiosam curam gerite, pupillos enixius<sup>84</sup> liberate, pauperibus misericordiam facite, iuvenes pudicitiam <SG670, p. 17b> docete et, ut breviter totum<sup>85</sup> dicam, alterutrum vos, in quibus res poposcerit<sup>86</sup>, sustentate. Deum colite, qui creavit caelum et terram, et Christo credite. Invicem vos diligite et misericordes estote in<sup>87</sup> omnes. Non verbo solo, sed opere et rebus replete caritatem. Agite<sup>88</sup> pro viribus, conservi dilectissimi, quia bonum est, ut unusquisque vestrum, secundum quod potest, <I83, f. 25rb> prosit accedentibus<sup>89</sup> ad fidem religionis nostrae<sup>90</sup>. Et ideo non vos pigeat secundum sapientiam, quae vobis per dei providentiam col<VD38, f. 23va>lata est, instruere<sup>91</sup> ignaros<sup>92</sup> et docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis eumque<sup>93</sup> ut oculos suos amare oportet, quia et<sup>94</sup> ipsum populum<sup>95</sup> sibi commissum ceu<sup>96</sup> proprios filios amare et docere condecet. Hoc enim a patre caelesti<sup>97</sup> donatum est, sed<sup>98</sup> salus in eo est, ut voluntatem eius, cuius amorem et de<SG670, p. 18a>siderium deo largiente conceperint, faciant<sup>99</sup>.

Si<sup>100</sup> quis ergo fidelis voluerit existere et desiderat baptizari, exutus<sup>101</sup> <sup>102</sup> prioribus <Bcan4, f. 33v> malis de reliquo pro bonis actibus heres bonorum<sup>103</sup> caelestium ex<sup>104</sup> gestis propriis fiat. Accedat autem, qui vult, ad sacerdotem<sup>105</sup> suum, et ipsi det nomen suum atque ab eo audiat mysteria<sup>106</sup> regni caelorum, ieiuniis frequentibus operam impendat<sup>107</sup> ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus iam consumando<sup>108</sup> in die festo possit baptizari. Baptizatur<sup>109</sup> autem<sup>110</sup> unusquisque in aquis perennibus<sup>111</sup>, nomine<sup>112</sup> trinae beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem <N442, f. 15va; I83, f. 25va> sanctificato, ut ita demum<sup>113</sup> <sup>114</sup> per haec<sup>115</sup> consecratus possit <VD38, f. 23vb> percipere locum cum sanctis. Nullus<sup>116</sup> enim propter<sup>117</sup> obprobrium senectutis vel no<SG670, p. 18b>bilitatem<sup>118</sup> generis aut iuventutis a<sup>119</sup> parvulis et minus eruditis, si quid forte est utilitatis aut<sup>120</sup> salutis, inquirere neglegat. Qui enim rebelliter vivit<sup>121</sup> et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur et potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo<sup>122</sup> non<sup>123</sup> omnibus<sup>124</sup> hoc amabile est cunctisque exoptatum<sup>125</sup>, ut, quae ignorat, discat, et, quae didicerit, <V630, f. 14vb> doceat? Certissimum namque est, quod neque amicitia neque propinquitas generis neque regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil<sup>126</sup> est<sup>127</sup> <sup>128</sup> pretiosius<sup>129</sup> anima. Dominus<sup>130</sup> autem creator omnium ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique<sup>131</sup> dominatorem<sup>132</sup> terrae marisque et aeris ipsius dedit veritatemque inquirere prae<SG670, p. 19a>cepit, et<sup>133</sup> sicut<sup>134</sup> verus nobis propheta enarravit et ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo est rationabilis, et consequens est, ut ratio<sup>135</sup> irrationabilibus dominetur. Hic<sup>136</sup> enim ab initio, <VD38, f. 24ra> cum <I83, f. 25vb> adhuc iustus esset, cunctis viris<sup>137</sup> <sup>138</sup> et omni fragilitate<sup>139</sup> superior erat, ubi autem peccavit et factus est servus peccati, simul<sup>140</sup> et fragilitati efficitur obnoxius<sup>141</sup> <sup>142</sup>. Quod<sup>143</sup> idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia<sup>144</sup>, sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles<sup>145</sup>, et non solum impassibiles<sup>146</sup>, verum et parva<sup>147</sup> in deum fide<sup>148</sup> aliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promisit dicens: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc<sup>149</sup>, et transibit<sup>150</sup>. Huius vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, etiam facta quaedam per magistros nostros<sup>151</sup>, ipsos videli<SG670, p. 19b>cet apostolos, non ignoratis, quia adstantibus nobis eorum meritis daemones cum passionibus, quas hominibus invexerant<sup>152</sup>, transierunt et fugati sunt. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant<sup>153</sup>, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est. Quae non alia esse quam<sup>154</sup> patientibus quidem infidelitatis, curantibus<sup>155</sup> vero<sup>156</sup> fidei demonstratur. Infidelitas enim, dum non cre<VD38, f. 24rb>dit futurum dei iudicium, peccandi li<I83, f. 26ra>centiam praebet, peccatum vero hominem passionibus obnoxium<sup>157</sup> <sup>158</sup> facit. Fides autem futurum esse dei iudicium credens continet homines a peccato. Non peccantes vero non solum liberi sunt a daemonibus et passionibus, verum et aliorum daemones et passiones fugare possunt. Ex<sup>159</sup> his ergo omnibus<sup>160</sup> colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, et ipsa sit malorum omnium<sup>161</sup> mater, quae <N442, f. 15vb> incuria quidem et ignavia<sup>162</sup> gignitur. Neglegen<SG670, p. 20a>tia vero alitur<sup>163</sup> et augetur atque<sup>164</sup> in sensibus hominum radicatur<sup>165</sup>, dum amatur, quam, si quis<sup>166</sup> forte doceat effugandam, velut<sup>167</sup> antiquis et hereditariis sedibus moleste et indignanter avellitur<sup>168</sup>. Et ideo paululum laborandum<sup>169</sup> nobis est, <V630, f. 15ra> ut<sup>170</sup> indignantes ignorantiae<sup>171</sup> praesumptionis<sup>172</sup> <O93, f. 2va> scientiae<sup>173</sup> ratione reseceamus<sup>174</sup> <sup>175</sup>, <Bcan4, f. 34r> in his praecipue, qui in aliquibus minus<sup>176</sup> rectis opinionibus praeventi sunt, per quas quasi sub specie alicuius<sup>177</sup> scientiae ignorantia in<sup>178</sup> <sup>179</sup> his vehementius<sup>180</sup> radicata est. Nihil enim gravius quam, si <VD38, f. 24va> id, quod ignorat quis, scire se credat et defendat verum esse, quod falsum est. Quod tale est quale<sup>181</sup>, quis ebrius sobri<I83, f. 26rb>um se putet et<sup>182</sup> agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen et ipse putet et dici a ceteris velit. Ita sunt ergo et hi, qui<sup>183</sup> ignorantes, quod verum est, speciem tamen alicuius scientiae tenent et mala quasi bona gerant<sup>184</sup> atque ad<sup>185</sup> perniciem<sup>186</sup> <SG670, p. 20b> quasi ad salutem festinant. Propter<sup>187</sup> quod ante omnia properandum est<sup>188</sup> ad agnitionem veritatis, ut possimus quasi lumine nobis inde successo errorum tenebras depellere. Grande enim malum est, ut diximus, ignorantia, sed quia substantiam non habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Non<sup>189</sup> enim aliud est ignorantia, nisi non agnovisse, quod expedit, ubi autem agnoveris<sup>190</sup>, perit<sup>191</sup> ignorantia<sup>192</sup>. Quaeri<sup>193</sup> ergo magnopere<sup>194</sup> debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare<sup>195</sup> potest nisi verus propheta. Haec enim<sup>196</sup> porta<sup>197</sup> est vitae<sup>198</sup> volentibus ingredi et sunt operum bonorum pergentibus ad civitatem salutis.

Si quis sane<sup>199</sup> audiens sermonem veri <VD38, f. 24vb> prophetae velit recipere aut nolit et<sup>200</sup> amplecti onus eius, id est mandata vitae, habet in sua potestate, liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset<sup>201</sup>, ut audientes, <I83, f. 26va> eum iam non<sup>202</sup> haberent in potestate aliud facere, quam au<SG670, p. 21a>dierant, vis<sup>203</sup> erat quaedam naturae, per quam liberum<sup>204</sup> non esset ad aliam migrare sententiam, aut si rursus<sup>205</sup> <sup>206</sup> ex audientibus nullus omnino reciperet, et hoc naturae vis erat, quae unum aliquid<sup>207</sup> fieri cogeret<sup>208</sup> et alteri parti<sup>209</sup> non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo<sup>210</sup>, in quam velit partem, declinare iudicium suum, et quam probaverit eligere viam, constat<sup>211</sup> evidenter inesse hominibus arbitrii libertatem. Igitur, priusquam audiat quis, quod ei expedit<sup>212</sup>, certum est, quia ignoret, et ignorans vult et desiderat, quod non expedit, agere, propter quod pro hoc non<sup>213</sup> iudicatur. Cum vero audierit causas erroris sui et rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum<sup>214</sup> fuerat praeventus<sup>215</sup>, recte iam vocabitur ad iudicium daturus poenis<sup>216</sup> <sup>217</sup>, quia vitae huius spatium, <VD38, f. 25ra> quod ad bene vivendum <N442, f. 16ra> accepit, in<sup>218</sup> ludibriis consumpsit<sup>219</sup> <sup>220</sup> errorum. Qui vero audiens haec<sup>221</sup> <SG670, p. 21b> libenter accepit<sup>222</sup> et gratulatur bonorum <V630, f. 15rb> sibi doctrinam fuisse delatam<sup>223</sup>, requirat intentius <I83, f. 26vb> et discere non desinat, usquequo cognoscat, si est vere aliud secundum<sup>224</sup>, in quo bonis praemia praeparata sunt, et cum certus de hoc fuerit, gratias agat deo, quod

sibi veritatis lumen ostenderit. De cetero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est praeparatam demirans<sup>225</sup> per omnia et stupens ceterorum hominum errores, et quod ante oculos positam veritatem nemo videbat<sup>226</sup>. Ipse tamen gaudens super divitiis sapientiae, quas invenit, insatiabiliter his perfruatur et exercitio bonorum operum delectetur festinans<sup>227</sup> ad<sup>228</sup> saeculum futurum mundo corde et pura conscientia pervenire, ubi etiam videre deum regem omnium possit. His autem omnibus carere<sup>229</sup> nos et fraudari sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia<sup>230</sup>, ignorantiae malum de se non pati<SG670, p. 22a>untur excludi. Nes<VD38, f. 25rb>ciunt enim, quanta sit <Bcan4, f. 34v> in horum permutatione diversitas. Propter<sup>231</sup> quod consilium do unicuique discentium libenter praebere aurem verbo dei et cum amore veritatis audire<sup>232</sup>, <I83, f. 27ra> quae dicimus, ut mens optimo semine suscepto per bonos actus laetos afferat fructus. Nam si<sup>233</sup> me docente ea, quae ad salutem pertinent, recipere quis abnuat<sup>234</sup> et animo pravis opinionibus occupato obsistere<sup>235</sup> nititur<sup>236</sup>, non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare<sup>237</sup>, quae dicimus, et intellegere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his, quae sunt, ut sunt<sup>238</sup>, et in bonis actibus dirigens viam suam regni caelorum possit particeps inveniri subiciens sibi carnis desideria et dominus eorum factus, ut ita demum<sup>239</sup> etiam ipse fiat dominatoris omnium iocunda possessio. Nam qui permanet in malo et servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab ini<SG, f. 22b>tio, ut ante iam diximus, duo regna statuit deus et potestatem <VD38, f. 25va> dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad oboediendum ipse<sup>240</sup> subiecerit. Et quia definitum<sup>241</sup> est apud deum non posse unum hominem utriusque regni esse servum, omni studio date operam<sup>242</sup> <sup>243</sup> in boni regis aulam ac<sup>244</sup> iura<sup>245</sup> concurrere. <O93, f. 2vb> Prop<I83, f. 27rb>ter<sup>246</sup> hoc denique verus propheta, cum esset praesens nobiscum et quosdam<sup>247</sup> ex divitibus negligentes erga dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem: Nemo potest, inquit, duobus <V630, f. 15va> dominis servire, et non potestis deo servire et mammonae, mammona<sup>248</sup> patria eorum voce divitias vocans. Hic ergo verus propheta, qui in Iudaea<sup>249</sup> nobis apparuit, ut audistis<sup>250</sup>, qui stans<sup>251</sup> publice sola iussione faciebat caecos videre, surdos audire, fugabat daemones, <N442, f. 16rb> aegris<sup>252</sup> sanitatem reddebat et mortuis vitam. Cumque nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat<sup>253</sup>, quod nulli est<sup>254</sup> possibile <SG670, p. 23a> nisi soli deo. Hic annuntiavit<sup>255</sup> regnum dei, cui<sup>256</sup> nos de omnibus, quae dicebat, tamquam vero prophetae credidimus<sup>257</sup> firmitatem<sup>258</sup> fidei nostrae non solum enim<sup>259</sup> ex verbis eius, sed<sup>260</sup> ex operibus assumentes, quia dicta <VD38, f. 25vb> legis, quae ante multas generationes de praesentia eius exposuerant, in ipso consignantur, et imaginem<sup>261</sup> <sup>262</sup> gestorum Moysei<sup>263</sup> et ante ipsum patriarchae Iacob ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus eius, hoc est ipsum, in quo <I83, f. 27va> venerat, praedictum ab his constat, et super omnia, quod esset a gentibus exspectandus sacris litteris compraesens est, quae in eo pariter universa completa sunt. Quod autem Iudaeorum propheta praedixit eum a gentibus exspectandum, supra modum in eo fidem veram firmat<sup>264</sup>. Si enim dixisset a Iudaeis exspectandum, non aliquid eximium<sup>265</sup> prophetasse<sup>266</sup> videretur, quod a contribuli<sup>267</sup> populo et a propria gente speraretur<sup>268</sup> is<sup>269</sup>, cuius adventus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur<sup>270</sup> enim <SG670, p. 23b> magis consequens<sup>271</sup> ratio esse, ut hoc fieret, quam magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetae dicant omnem illam spem, quae de salute mundi repromittitur, et novitatem<sup>272</sup> regni, quae instruenda per Christum est, atque omnia, quae de eo indicant<sup>273</sup> <sup>274</sup>, ad gentes esse transferendam<sup>275</sup>, iam non secundum consequentiam<sup>276</sup> rerum, sed incredibili quodam vaticinatos<sup>277</sup> <sup>278</sup> <VD38, f. 26ra> eventu, magnificentia prophetica confirmatur. Iudaei namque ex initio adfore<sup>279</sup> <sup>280</sup> <Bcan4, f. 35r> aliquando hunc virum, per quem cuncta reparentur<sup>281</sup>, verissima traditione susceperant, et cotidie meditantes ac prospicientes, <I83, f. 27vb> quando eius fieret adventus, ubi adesse eum<sup>282</sup> viderunt et signa ac prodigia, sicut de eo adscriptum<sup>283</sup> fuerat adimplentem, invidia excaecati agnoscere nequiverunt<sup>284</sup> praesentem, in cuius spe<sup>285</sup> laetabantur absentes<sup>286</sup>. Intellexerunt tamen sancti apostoli, qui a deo electi sunt, et nos, qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia dei factum est, ut agnitio boni huius etiam gentibus tra<SG670, p. 24a>deretur, et hi, qui numquam de eo audie<V630, f. 15vb> rant nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum, illi vero, qui quotidianis meditationibus evanuerant, ignorarent. Ecce enim per vos nunc, qui praesentes estis, et desideratis audire doctrinam fidei eius et agnoscere, quis et quomodo et qualis sit eius adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc est enim, quod praedixerant prophetae, quia a vobis quaerendus esset, qui<sup>287</sup> de<sup>288</sup> eo numquam<sup>289</sup> audistis. Et ideo videntes in vobis ipsis prophetica dicta <VD38, f. 26rb> compleri, <N442, f. 16va> huic uni<sup>290</sup> recte credens<sup>291</sup> hunc recte exspectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum exspectetis eum, sed<sup>292</sup> et hereditatem<sup>293</sup> regni eius credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia unus<I83, f. 28ra>quisque illius sit servus, cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate<sup>294</sup> et dominum deumque<sup>295</sup> nostrum vobis conscribite dominum<sup>296</sup>, qui et caeli ac terrae dominus est, et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus prophe<SG670, p. 24b>ta docet dicens: Estote boni et misericordes, sicut et pater vester caelestis misericors est, qui oriri<sup>297</sup> facit solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Hunc ergo imitamini<sup>298</sup> et hunc<sup>299</sup> time<sup>300</sup>, et sicut mandatum datur hominibus: Dominum deum tuum timebis et ipsi<sup>301</sup> soli servies.

Infidelibus quidem dormit dominus et absens<sup>302</sup> habetur his<sup>303</sup>, a quibus esse non creditur, et mandatis eius non oboediunt, atque ob<sup>304</sup> id illis videtur quasi dormire<sup>305</sup> dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur.

Quapropter<sup>306</sup> cunctis fidelibus et summopere<sup>307</sup> omnibus presbyteris et diaconibus ac reliquis clericis attendendum est, ut nihil <VD38, f. 26va> absque episcopi proprii<sup>308</sup> licentia<sup>309</sup> agant<sup>310</sup>. Non<sup>311</sup> utique missas sine

